

Super Magnificat LXXXI

mitus. sed forte non assidue. nec ita qn adiu-
trice memoria spūali. cū habitibz p intelligē
tie continuationē acquisitis. ipse spūs ima-
terialis valeat d̄ habitu & memoria seī actu
continuare sine misterio spūs aialis. Hinc
estimo Remigiu descriptissē tēplatoe. qē
opatio sine motu. & hoc siue sonet tēplatio
cognitionē siue amore. siue delectationē ex
utrisq; sequente in subiecto bñ disposito &
habituato. Nam qd ē delectatio nūlūcō
queniens cū quenienti pcepta & amata Ta-
lis igī opatio causat divisionē spūs ab aia.
q; nihil agit ipsa vt aia noīaf. tūc ad actum
spūs. sed vel sopita qdāmodo. silet & tacet
vel si mouet & sentit. nō conturbat neq; deij-
cit spū al arce tēplatōnis. Hec ē Pax quā
deus dat vt non conturbet cor ipsi⁹ neq; for-
midet. & q; sūm ap̄l'm eruperat oēz sensuz mo-
do dicto. Privat em spūs & si nō a vita ani-
meti a sensu vite ei⁹. Simul accipe verba
Richardi que posuit iſ forma autor de spū &
aia. ne videar iſ ranta re minus habere fidei
tanq; inexpertus. Def ergo fides vel exptis
Ulius & efficac est sermo dei prīgens vſq;
ad divisionē spūs & anime. Sed i hac diui-
sione. aia & qd aiale est i imo remanet. spūs
aut & qd ē spūale euolat ad summa. & ab ini-
mis dividit ut ad summa sublenet. ab anima
scindit ut deo iungat. qm qui adheret deo
vnuis spūs est. Felix diuīsio et mirabilis se-
paratio. vbi qd corpulentū est remanet de-
orsum. qd spūale & subtile est vſq; ad specu-
lationē diuīne glie sublimat. & in candē ima-
gine transformatur. Pars inferior pponit
ad summā pacē & tranquillitatē. cū ps subli-
mas superior ad gloriam & iocunditatē. **D**is-
cipulus Magna sunt hec & in alterū reser-
vāda tractatū. dies crastina expectet. Nunc
aut breuiter absolu. Lur d̄r aia magnifica
redim̄ portius qz ipse spiritus. **M**agister.
Utrūq; pfecto factū est. sed spālis rō fuit i
aia. q; verbī incarnati spiritali maiestati pre-
parauit hospitū i carne p̄sūs anial. **R**ur-
sus qd futurū erat q̄bec incarnatio scanda-
lum esset iudeis. & gentibz stulticia. preuenit
Maria monstrans nō ex impostētia s̄ sum-
ma dominationē dñm carnē suscepisse Pro-
inde spectat plus exultatio (quasi extra salta-
tio spūi qz aic. simul & tria cōiunctit. Deum
proximōe casto. Salutare p honore gra-
to. Suo. pro amore summo. qui sic fuit sin-
gularis in maria/quatinus ipsam alliceret/
vt eē nihilominus cōis vt plus proficeret.

Postremo spūs marie prius exultauit qz
aialis ps impgnata magnificaret dñm. qd
tunc maxime factū fuit dum seniendo ait.
Ecce ancilla dñi fiat mihi sūm verbū tuum.
Qd qz pficiendū fore postab Elizabeth p/
phetizāte & bñ dicente (quā visitauit) accepit
exurrexit in iubilū. Et ait. Magnificat aia
mea dñm. **D**iscipulus. Et nos magni-
ficemus dñm. & exultet spūs n̄ i deo saluta-
ri nr̄o. Cras revertemur in idipsum.

Finit p̄imus tractatus.

Sequitur tractatus

sc̄s pragmaticus sup cantico marie de ex-
ultatione spūs. Et p̄tinet notulas. lxxiiij.

Prima notula sequitur.

Xultauit spūs meus i deo salu-
tari meo. **D**iscipul⁹. Assu⁹
quesitur. Utr̄ beata n̄ra/dñ
cecinit. Magnificat anima mea
dominū. Et exultauit spūs

et fuerit i spū. vel supra spū. vel sine spū. vt
extra spū. **D**icitur hoc quadrimē
bre volo si possū ad intelligibiores termi-
nos reducere. p̄supponē spū hic capi per
nos. p̄supiori portōe rōnis. q; alio mō dicē
mēs. vel apet mētis. vel intelligentie scintil-
la. que noīaf grece sinderesis. **D**iscipulus
Placet acceptio. licet multiplet alia sit. vt
etia dicāt ab aliquibz non parue autoritatis
pars rōnis inferior. In glosa. psallā spiriū
psallam & mēte. A medicis vō p̄corditer ap-
pellatur vapor iste naturalis & vitalis effus-
matus a corde p̄ corpus ad cerebꝫ. p̄cipue.
illuc factus animalis sensitivus & motuus.
nō tñ p̄ncipaliter fm veritat. sed instraliter
p animā que ē in homine res eadē cū spū rō
nali differens penes officia. prout als decla-
rasti. **M**agister. Concedo tibi singula-
tū diuīonis membra. q; Maria frequen-
ter fuit nunc in spiritu. nūc supra spū. nunc
sine spū. seu nō habēs spū. nūc extra spū.
Discipulus. Nō ē in me spiritus qui ca-
piat. **M**agister. Nesciens an sciens dñ
ita loqueris. aperis intellectum. **S**c̄sitor
itaq; quid intelligis dices. q; nō est in te spi-
ritus. nunq; oro separatus es a corpore tuo.
Discipulus. Qualiter hoc loqueris qui
me vivere cognoscis. vel ex verbis certe per-
pendis. **M**agister. Est ergo in te spirit⁹
Discipulus. Nullo pacto id negauerim
Magister. Nunquid non p̄tradicis pri-
mo dicto. nō esti me spiritus. **D**iscipulus.

G

Tractatus secundus

Allegas acriter nū prius addidissem q̄ capiat. Magister. Vigilanter attendis et euadis tradictōz si vocē p̄priā explicaueris. Discipulus. Tu explica vicemēa. Magister. Habet sp̄us duplē vitā sicut et aīa. qd̄ et diffinitōe data aīe p̄ ph̄m colligit. Est inq̄t aīa actus corporis ph̄sici organici. vitaz habētis i potentia. supplēt expositores ad vitā sc̄daz q̄ est opatio vite p̄me. Unū sp̄us dī nō solū esse vel vivere v̄l intelligere. q̄ sit essentialiter. intrinsece. formaliter. eēntia. vita et intelligentia. Sed q̄ p̄ducit et se tales actus vitales. qui vita sc̄da nominat. nedū a ph̄is. sed in v̄lu vulgari quo res oīs q̄ mo uetur dicit viuax aut viuens. Mortua v̄dum quiescit. vt aqua fontis vina. Aqua la ci mortua. Tali mō distinguit p̄hi cum theologis triplicem vitam. fm̄ triplicis bo ni finem. q̄e operāo nūt̄ quis adipisci in xta poetica de tribus deabus fictionē. Iu no p̄est dīp̄t̄s v̄tib⁹. venus delici⁹ et voluptatib⁹. Pallas scienti⁹ et artib⁹ ho norabilib⁹. Ponit alia distinctio fm̄ spe culatiōe et praxim et mixtiz et v̄troḡ. quod ē vita practica. Est vita speculatiōa. Est vi ta simul actua et p̄emplatiōa. qualē habuit beata nostra fm̄ euangelicu. p̄ntis dici sue assumptōis mysteriū. de susceptione xp̄i per Marthā et mariaz. Siquidē beata suscepit xp̄i cū officio duplicitis hui⁹ sororis. q̄ sol licite misstrauit. et deuote sedens sec⁹ pedes audiebat verbū illius. Discipulus. Intel ligo inclius q̄s antea p̄priam vocē dum dīci q̄ non erat in me sp̄us qui caperet. non em̄ volui mesimpliciter nō habere sp̄m. sed opa tionē sp̄us explicatiuaz talis mysteriū. hoc ē intelligentiā me habere negauit. Magister. Sc̄t̄ memoriter hec distincō. perga; ea deducere q̄ posui. Et p̄mo beata virgo fu it in spiritu. dū opatiōe spirituale habuit cognoscēdo plurima que cātabat de magni fientia dei in suis operib⁹. vt de creaturā origine. magnitudine. multitudine. plenitu dine. pulcritudine. opatiōe et ordine. Erat secūdo supra spiritū vel in excessu sp̄us. vel i etatū mentis. respectu illoꝝ q̄norū. nō poterat ex sua virtute vel intelligentiā p̄pria; co gnitionē accipere. Ut quid esset dēns i se et i sua magnificētia. quid angeli p̄ omnia. qd̄ felicitas quā nec oculus vidit. nec auris au dit. nec in cor homis ascēdit. Erat tertio sine spiritu. respectu illoꝝ quorū nullam ex spiritu suo poterat rationē attingere. Uc

regina Saba respectu sapientie Salomo nis. Nec alio modo dicit defectio sp̄us/vi tato nomine in psalmis et in canticis. Sic em̄ canit in prosa de sanctis. Mirant et de ficiunt in cum quē p̄spiciunt. Hac xp̄us no tabat cum dixit. Hili quis abnegauerit se metip̄m nō potest me esse discipul⁹. Quia nisi quisq; a semetip̄so deficiat (exponit Bre goriū) ad illum qui supra ip̄m ēnō appro pinquat. Hanc apl's nominat captiuatōez intellectus in obsequium xp̄i. Sub hoc tro po dicunt monachi sine voluntate. nec h̄c velle v̄l nolle. Vocab aliqñ stupor v̄l etatis surges ex admiratōne v̄hemēti rei cui⁹ cā penitus ignorat fm̄ Damascenū. Erat q̄r to maria sub sp̄u. dum aīe sue hoc ēporōis inferioris opatiōib⁹ intēdebat. Discipul⁹. Eya v̄o nō ēmirabilis expositio tal⁹ q̄ pue ris etiā posset inculcari. Magister. Ita q̄ sapientia ēq̄ abscondita produtit in luce. p̄ quā fit doctrina prudentiā facilis dū; p̄fūsa discriminat et distinguit. dumq; raga. in ordinata et obscura. resolvit ad paucā p̄spicua. Discipulus. Qua ratione sunt ista? Magister. Nūm p̄ logicā. q̄ ideo dī ad oīm methador p̄ncipia viam habens. Discipulus. Quid agis de logica. quam stu diosi nostri t̄pis v̄lem habēt terminiā iri dentes. eo q̄ oīmia referat ad terminos. Nos inquiūt rem inquirimus. ad rē imūs qd̄ ad nos dī terminis. Magister. Bravissime responderat talibus oīm p̄ceptor. noster indi tus. sic fuit et est in plurimis qui se gratis in uoluunt cura errorum inextricabilib⁹ mo dis. quos sola scit et p̄t̄ logica resoluere. dif finiendo. dividendo terminoꝝ deniq; nota tōnes cum modis significādi viuaciter ex ponendo. Necnō sophismatū palagiataes fantasticas detegendo. Discipul⁹. Sus ficeret ergo scire logica pro cognitione meta ph̄sice torius aut theologie. nec esset p̄scrivatione pluri opus. Magister. Fallaris qm̄ logica nō dat cognitionē sc̄iarū hm̄oi. sed expedit iter modis certis q̄ venit ad eas. Docet isup̄ modū explicatiōis p̄ceptuū sub tillūm. circa res ipsas tam diuinās q̄ natū rales. tam in cogitatōib⁹ q̄ in affectionib⁹ quē explicare difficillimū ē. immo nec plene possibile si logica cū grāmatita defuerit. q̄s ad h̄ officiū sumi viri metaphysici et ph̄sici repererūt. Arist. p̄cipue. Hanc opinor cām erroris hoīm deuotoi se dare putantū sine logica et metaphysica. sum hoīes. sum se

Super Magnificat

LXXXI

mine dū nesciunt apud se recept' habitos (presertim affectuales) resoluere et min' pñt ad extra ybis omenibz exponere. vñ seipsoz so phisticat. et alios vel nō instruunt vel decipiunt. exprim' ceteries et ceteries loqr. Ecce dū audiunt q' marie spūs exultauit ī deo salutari suo. conantur exultare sil'r. fantasias multa. nūc amādo. nūc timēdo. nūc gaudēdo. qualia dum satagunt assidue sūt apud eos insolta fantasiarum idola sine simulacra. q' quia nesciunt discernere a veritate rerum et intelligentia ratiōnis. omnia deputat ad miraculum vel ad doctrinā deuotionis excellē tem p' anagogiam et mentis excessum Patritius in thurelupinis et beghardis et alijs absq' numero. quorum scripta plurima maxime circa feminas. quarū est auditas priuacior in affectu q' uis in virtute et cognitōe q' viuis longe fragilior. Inde datuz ē epitheton hoc feminis maxime senibz. veteres sunt sor tene vel sortilege. Uenīunt in hāc supbiā con sequēter. ut viros etiā theologos loquendo scribendoq' docere psumat. Contemnētes illud apli. Dulierē docere nō pmirto. Ecce q' modesta fuit sapietissima seminaruz. q' nō nisi sepius ab euāgelistis innenit esse lo U cura. Discipulus. Trāsi materiaz hanc incidenter non inutiliter posizaz. q' de exultatōe spūs marie cupio latius inquirere. Nā cum exultatio spūs sit quida; mentis excessus anagogicus qui fit ut crebrius per amo rem. Dic si maria cantica canticorum Salomonis agnouit. Et si pprium canticum iungebat illorū concentui. Siquidē apte quidē yideoz mibi hoc petere. dum legūtur in hac solennitate felicis assumptōis sue/ talia catica/ qualia vocasti saltatōes vel exultationes spūs amantis p' amorē tractās illud euangelicum. Lecinimus vobis et nō saltatōis. Magister. Presupponas multa op ter que ibidem posita nouisti. et quedaz ad il la adiūciā. Sentio tñ necessariā tuā (o beata beator) opinulationē. quā suppler imploro p' beatitudinē tuam quā oēs p' dicat generatōnes. p' illā gratia plenitudinē quā inuenisti apud deum. p' illā exultationē spūs tui ī deo salutari tuo dicā et nostro. q' nobis datus est et nobis natus. Da magnificare ī te. p' te. et ppter te animā meā dñm. fac exultare spiritum meū ī deo salutari tuo et suo. Da spūlium gratiam gaudiorum qualis affuit Elizabeth cognate tue. qualis et infanti et ultanti ī ytero suo. dum adueniens cum fe

stinationē p' montana/ intrasti domū Zacharie/ et salutasti Elizabeth cum tanta vocis ef ficacia/ q' repleta mori spūsancto exclamauit voce magna. q' affectu magno. Benedicta tu in mulieribus/ et bñdictus fruct' ven tris tui. Qui fructus dedit intelligere cū mīrando subiuncte. Et vñ mibi hoc vt veniat mater dñi mei ad me. Cuius dñi. Plane il lius cui q' credidisti beata es qui pficit ea q' dicit. Et cui non ingrata protinus cecinisti canticum nouū. canticum canticoz. Magnificat aia mea dñm. Et exultauit spūs meus ī deo salutari meo. p' anagogicos ī deum ex cessus. Beatus siquidem vir cuius est aurilium a te/ ascensiones in corde suo dispositus ī valle. Clamans ex sua. Lor meū et caro mea/deus cordis mei et pars mea dē ī eternum. Discipulus. Valeat ista depreca tōe tua q' nos dirigat. me querēdo. terespon dendo. Demisti reor/ altera collocutōne te spopōdisse responsuz. si cantica Salomo nis cecinerit aliqui beata virgo dū sepi' ani mo voluebat canticū ppriū. pferēs illud ī corde suo. An in exultatōe spūs sui eructauerit cor suū verbū bonū dices Osculec me osculo oris sui. Magister. Ita presus exi stimo. Miruz plenissime docta erat ab infantiā ī lege dñi et prophetis et psalmis de xpo scriptis. Inter q' Salomon ī exultatōne spūs edidit cantica canticorū tanq' epi thalamiu; sponsi et spōse/mutuo federato rum p' amore. quā maria p' inunctionē mō sen tiebat vberius impletā dū ī ea verbū caro factū est deus hō. qui teste Johāne spōsus est/ habēs spōsam. ad cui' p'sentia et vocem/ ipse Iohes amic' spōsi gauisus est et exultauit/ etiā nunc iam ex ytero. Quid ī re/ duc cor sursum/ atq' p'sidera p' anagogia. Per eā q' p' cantica canticorum pandunt aies ī de um levanti p' fidē. spem et amorē. Videbis h' tpe quo maria dixit exultasse se quadruplicē exultatōis dñtiā iuxta quadruplicē modū spūaliē matrimonij anie deuote seu dei formis/ cū viro suo deo. vt interim de h' solo matrimonio fiat sermo ybi deus spōsus ē. et aia sponsa. Discipulus. Placer ista redu ctio. Deceteris q' ppe doctores abūde locuti sunt ī expositōe canticoz. Magister. Ex ultat hachora iohes. elizabeth. iesus. maria conspicio cuiuslibet mentes vel aiam. q' duo nūc accipio p' eodē. Losidero inquā deo fuisse p' uera matrimonialiter/ sed varie. Matrimonii anie xp̄icū deo fuit ab instanti sue.

Tractatus secundus

creatōis initiatū.ratuz et ɔsummatū. Illud autē aīemarie/nūc erat initiatum et ratuz. nō ɔsummatū. Illud autē iohis erat initiatū s̄z nō omnino ratū. qn posset culpa salte venial/ copulā offendere piugale. Illud autē Elisa beth fuerat qdē initiatū. sed nō ita ratuz. qn repudium posset incidere ppter fornicatoe; spiritualē peccati mortal'. Fleqz em̄ ponit i gratie vinculo fuisse ɔfirmata. ¶ Discipul'.

Dicis insuetā mihi distinctionē. Edissere plenius quid intēdis per eā: ¶ Dḡr. Ue y reor et molior ostēdere quo pacto conueniat epithalamū Salomonis beate marie/pui legio singulari.cuius in desponsatiōe/nulla fuit par ania. q nec primā similē visa est nec habere sequentē.ad quā anagogia traduce ret cantica canticoz. Hil pterea dubitādū/ quin celeberrima libentiqz iocunditate can tanit ista dum viueret Et pmo de aia filij. s. xp̄i videamus. Hec itaqz fuit absqz vlla du bitatione perfectior.sed nunqz talis/cui pro prieconeniret hoc epithalamium. Didicisti em̄ si memineris hoc epithalamū solū que nire aie pro statu vie.dum despōsata ē solū i fide.spe et charitate.postulans cū omni desi derio complementū in re et eternitate. ¶ Discipulus. Demini id te posuisse in libello de canticoz origine/tercio thomo seu par titione pncipali. vbi de anagogicis nuptiis multa notata sunt. Hūc animaduerto/num qz fuisse xp̄m fm mentē seu portionē aniesu periorē nīfī beatum. qz uis p inferiori viator extiterit. cui portioni nō aptat pprie despō satio cum deo spōlo: ¶ Dḡr. Animaduer tis pprie tñ. qualē habuerit mētal'despōsa tio aīemarie dñitā. Sil'r attende. et singu larē inuenies in qua m̄rimoniū fuit an confirmationē in patria. semp ratū in via. Clo lo dicere caliter ɔfirmatiū/qn neqz repudium per mortale fornicationē potuit interuenire.nec offensio queuis p originale aut venia lē maculā. fm duplicei elizabeth et iohē nūc inducā conditionē. ¶ Discipul'. Eleua tis pie ɔsideratōis ocul/intuieri video maria; fm dicta tua/primā valde nūc fuisse cubiculo sponsi.nec obstitisse ad ɔsummatiōz m̄rimoniū spūalis/pter velū v̄l'cōtinā enigmatis vie/tegentē cubiculū qd̄ tūc puiū nō erat ingressui. ¶ Magister Lernis acute. nō vides a sili/quāto maria desiderio/ɔsu mationē i glia m̄rimoniū iā inchoati et rati p gr̄az ɔfirmatā optabunda q̄sierit. nō quidē impudētia q̄sli meretricia rapiēte virū vltro.

sed verecūdia ɔginali.per insinuationē for matā reuerētial' pudicicie sp̄bis petebat qd̄ optabat/cōi voto cū sposo. neqz em̄ tepidi or erat spōsi ad spōsa; zelus donec introdu ceret eā i domū matr̄ sue. et cubiculū gen tricis sue/om̄i deinceps ablato velamie qn facie ad faciē videre sibi dabif spōsuz. et vnu fieri cū spōso. Itaqz iā nō duo. sed vnu spiri tus/federe ppteruo nubent. ¶ Hinc sunt ille voces amoris interrupte suspirijs. Hinc al locuōes alterne. Hinc mutue collaudario nes. Hinc cursus et recursus crebri subitoqz spōsi salientis.tripātis seu tripudiāt. ¶ Au di sponsam verecunde perentē spōsuz Oscu let me osculo oris sui. Trahe me post te. In dica mihi quem diligit aia mea. vbi pascas. vbi cubas i meridie. Fascicul' murre dilect' meus mihi. inter vbera mea cōmorabitur. ¶ Deinde cū pulcritudinez sponse laudasset spōsus. sponsa qz de sponso sile fecisset. Lō sidera qz apte v̄l qz verecude dedit intelligi/ nil restarenisi secretū ingressuz cubiculi. Le ctulus inquit noster floridus. ¶ Sed redeo ad osculū. Amor igneus est. lampades eius lampades ignis atqz flāmaz. Propterea ne quis se in se p̄tinere/quin assimilationē querat sibi facere. semp inquier' ē quousqz per tingat ad intūm rei quā diligit. Uocat in quaz diuinus dionysius rim amoris cē qd̄ semp mobile.incessabile.calidū.acutū. feruidū. superferuidū. Quid igr̄ estimas/faci et sponsa talibus ad spōsum succesa flāmis amoris. nisi q inquirat intimos ampleris suos/ut in illis refrigeriuz inueniat tota toti cōiunctra. Expectat cū pudicicia virginalis/r̄ps bñplaciti spōsi. dieqz statutū pro nu ptiis anticipare nō audet. Facit interea qd̄ sibi phas ē. perit ad solatiū. perit ad refrigeri um estuāris ardoris sui/osculū spōsi/castissima suauitate iocundū. Osculef me inquit osculo oris sui. Vidi r̄sprā/vidi exultantes extra se spōsam. Ilsa petit osculū. nec expli cat cui'. Lur ita. Reputat em̄ illud oēs in telligere qd̄ solū cogitat. qd̄ vnicum desiderat. qd̄ totum cor occupat. sicut illa philoca pra de dñ. Si tu sustulisti inquit eu dicio mihi. ¶ Discipul'. Edissere rogo. cur nō contenta fuerit. osculetur me. sed subinfert/ osculo oris sui: ¶ Dḡr. Distinctio vulga ta ē. et als diligētissime deuotissime; deduc ta/de tripli osculo. Hoc quidem pedis. Hoc manus. Hoc oris. Hanc triplicē re perice differentiā in osculo oris p adiōne

Super Magnificat

LXXXI

huius vel illius anime. Osculum quippe datur aliquis in signum reconciliationis. Sic per evangelicus videns a longe filium suum venientem regione perditorum et egestatis, miscerat motus occurrit, et cadens super collum eius osculatus est eum. Quia ergo vos datus osculum in signum noui muneris seu beatitudinis, sicut Isaac benedicat filio osculum petiit ab eo. Porro datur osculum ad solum amoris non tam indicium quam exercitii, sicut pius pater et pia mater filium osculat infantulum, sic castissima priunt maritum. Competit quodlibet osculatum si tropologia attendit anime viatrici querenti deum, et hoc secundum triplicem aie statum. Petit osculum reconciliatoris anima peccatorum et offense conscientia et sanet. Ex templo martini sanatus oscula leprosum. Petit osculum beatitudinis aia non satis opulenta sed egens munera. Petit osculum excede dilectoris multum aia istam in omnibus beneconscia, nihil requires, nihil intendens in osculo propter amorem ut amet et amet. Discipulus. Numquid elicere non vis, sola inter oes et super oes aias viatrices, aiam maius reportas, fuisse tali osculo tertio dei sponsi sui dum vineret? Erat siquidem tota semper mississima, nunquam egens reconciliationem, erat gloria plena super omnes beatitudines, non egens novis muneribus licet augerentur ipsa, cum magis amari et amare dilectorum suo frui prime iaz, ad statum patrie portabat. Magister. Recreconiectura ad singulariter nostre beate laudem, verum ad edificationem alterius cuiusvis anime, phas habes obseruare, quo pacto sine presumptione possit ipsa petere que peccatum est osculum sponsi et dicere cum modestia. Osculet me osculo oris sui. Quicquid desideratur agire tandem mystica clavis, parabolicas locutiones canticoz ad triplicem statum regum in aliabus. Quoz primus dicitur incipientium. Alter proficiuntium. Tercius profectorum. Sed est aliud quod attendas in osculis castis et licitis, iesu sponsi. Unum corpale fuit. Aliud sacramentale. Tercium figurale. Ecce reductis ad beatem marie ipsa luminibus fidei, conspicio beatas istam matrem virginem fouente gremio speciosum formam pro filio hominum puerum Iesum, quem deosculabat crebro, recipiens vicissitudinem osculi cum ampliori tenerrimo a seneti ipso. O quis mihi dexter fratre meus, suggeste ybere a matris mee, ut inueniam te solus foris et deosculer te, et iam me nemo despiciat. Felix prolus extitisti vir marie iuste Joseph, cui rotiens concessa sunt oscula blanda pue-

ri iesu, quem gestare manibus, sinu refouere, brachis amplecti, pectus dei caput tuo per crori stringere cum omnibus puericie gratissime blandimentis tortis meruisti. O quanto intutus oculorum beatorum, tibi spoleque tue letos afflabat honores. O quoties iocu dissimilis vox diuinus robis spirabat amores. Sic oculos, sic ille manus, sic ora serbare rancor reverentiam cum filio hominis, filius enim dei. Istadum dicas, dum optas, dum miraris, quem non sacerdotum recognitas tuus, ratione cuius tibi phas est quotidie filio dei et hominis oscula dare, ipsum cernere, ipsum gestare, et recrareque manus. Dicam mirabiliter quoniam nec ipsi ioseph concessum est. Potes sacratiter ipsum manducare quem est panis vite eternae, qui dat vitam mundo, qui mutabit te in se, ut sis ipse in eo et ipse in te, ut discas cum apostolo. Vnde iam non ego, vivit autem in me Christus. Discipulus. O ego noui quid loqueris, sed hoc ad confusione miseri peccatoris, qui et sumit Christum et sacramentalem osculationem. Ut mihi quantu more illud improprium frequentem impingi posse mihi, quod irudenterquisitum benignus intulit agnus. O in die osculo filii hois tradis. Magister. Prohibeat a servis suis hoc improprium de faciens ut dignitate osculi sacratissimi semper attendant eminentiores eum, qui fuerit pretius corporalis, maxime inuncta cibatore. Neque enim qui manducasset particula carnis Christi, utputa gena vel auricula, malisset in Christo et Christo in eo. Sicut nunc sit dum talis adest nobis relata, et vere de absconditus, totus manducatur, manducans et nos totos. Felix aia sacerdotum, felix et ceterorum Christianorum, qui post escum et portum inebriantis letificantur, et fortatissimi preciosi sacerdotum, huius beatitudini fructus virginis, poterit simia dicere. Sub umbra illius quem desiderabat, sed pocii preplatinegetis. Et fructus illius, sit in acceptacione eius umbra misstratus, dulcis gutturi meo. Introduxit me ret in cellam vinaria ordinavit in me charitatem, ut nihil plus amare, nihil plus desiderare, quam summe amabile et totum desiderabile. Fulcite me floribus setas affecti onum, stipate me malis ordinatae affectionum, seu meditationum quibus abundat ortus vester. O filie hierusalem, qui es celestis libera, mater nostra. O beatificate aie, quod amore langueo, quod vulnerata sum charitate. Et hinc est iste pallor meus, hinc ista nigredo, quod in stice sol cibis sit me vulnerauit me, decolorauit me servus de dilectoris amore seu ardore Angelique, qui con-

23b.

Tractatus secundus

cimes vñ. custodes tñmitat hirñm amici spõsi/filii mñris mee. q̄ est gratuïta bonitas dñni/nitrat. pugnauerit contra me. s̄ pugna felicis/sima q̄ carnalia desideria trucidat. Posuerūt me custodē i vineis sanctar̄ opationuz. Utineā qz meā nō ego rā custodini qz ipsi de/mādato spōsi. Hec inquā verba inter suspi/ria cadit sponsa. utputa tota sobrie ebria to/ra feliciter charitate vulnerata. quā cadentē/r̄ spasmata/zelotes spōsūs. inter brachia su/scepit sua. leuat caput leua. a leuando dicta. Hec sponsa. qz quis sobrie temulēta. ad p̄sen/tiā sponsi respirat. r̄ suspirabunda trahit de/ūmo pectoris vocē. Leta ei sub capite meo/r̄ dætterā illi amplexabit me. Discipulus.

Jā siste obsecro. vides ne q̄ te trahit est/cū sermo tu erat d osculo. Dic si qd habeas ampli qd afferas. Magister. Planemultū. rā i bonis bonū qz i mal' malū. Ueve carni/r̄ sanguini. Quis offerre sermo pndic' aude/re. Quid em nequī qz qd ex cogitauit caro/r̄ sanguis. Discipulus. Ne pcor ad amatoria cantica admisce vel satirā r̄ tragediaz. mordaces. vel comediā lubricā. vel sordētes eglogas. sola nobis anagogia/diminos can/et amores. Magister. Mones probe. qui conuinio vetas induci nuptiali sumere/as tubas tracheret. atq sulphurcas amo/ris infansti cedas incendi phorrescis. S/ quid tangis de osculo figurali/dum vel tru/cem. vel imagines/ aut reliquias sanctorū. sanctorumq̄ qui sp̄ia oscularunt. Discipu/lus. Puto post passionē filii beata mater eius crucem crebro fuerit amplexata. omnia qz loca rbi steterant sacri pedes eius. sedula de osculatione coluerit. Sed neqz fuerat ex pers sacramentalis osculi. de quo locutus ē sicut nec ex exemplar illud duplex penitēcie. Ma/ria magdalena r̄ egyptiaca. qz quis profinus intrauerūt thalamū sponsi. sublato relami/ne. nec glorioius Dionysius i morte carere voluerunt. At uero quid sit os dei sponsi. et quid osculū. subtilius ediffere si potes. cum sit incorpore a diuinitas. Magister. Ulo cas itez ad distinctionez oris et osculi trimē/bre. Os habemus dei patris. os filii. oscu/lum vtriusq̄ quod ē spūssancus. Os sinūz aperuit tps habēs labia distillantia miribā primā mortificatiā vicerū. cuim rot sunt oscula quot verba. Ipse sitr cū patre r̄ spiri/tus ancro/aperuit ora prophetarū. Apernit/ os pdicatorum r̄ doctorū. qui sapiam eru/ctant porrigente oscula volētib. Dicūt autē

pdicatores os dei. ideo q̄ separant p̄ciosa a vi/li. Discipulus. Junge duplet h osculū. ultimū ip̄sis tropologie vel allegorie adole/scentulis. satis cīn patet r̄ sobrios edificant et in primo cōsiste. Magister Deus sicut ē r̄nus r̄ r̄nomius p̄ esentia r̄ ppriatez. sic est p̄ anagogiam symbolicā omninomius. Ita vñus ē multiplexz. Sciens itaq̄ de/us nos paruulos r̄ balbos. voluit istar nu/tricis frangere verba sua quibus ipse nobis/cu; r̄ nos secū intelligibiliter vtrinq̄ loque remur. Concessit igit locutiones transsum/prias a rex cognitarū similitudinibz assū/pras. r̄ abundater vt nihil inueniat qd nō valet ad ipm trahi noīandū. qd loquendi ge/nus appellauit Dionysi symbolicū. d quo r̄ scripsisse norat libz. sed ad latinos nō pue/nit. Hoc typō loquēdi. deus pater habz os ex quo fili' ei' increata sapiētia p̄dūs se glo/riat. Ego inq̄ ex ore altissimi. pdū. p̄mōge/nica an omnē creaturā. Habet r̄ vitez. Ego inq̄ ex vtero ante luciferū genui te. Pi itaq̄ diligat filiū suū. r̄ filius genu' mutuuz re/pendit amo. ē. q̄ vicissitudo dilectionis/cur nō de osculatio noīabit. Et qua spiratio co/munis amoris emanat r̄ flagescit. q̄ spir/a/tio q̄ necit q̄ dāmmodo p̄is os ad os filiū. dici p̄t osculū vtriusq̄. Sponsa ḡ dū que/rit osculū spōsi. p̄z quale sit illud osculū. q̄ spūs ē oris vtriusq̄ p̄is r̄ filiū. Discipul'. Sed q̄ vel qualia sunt labia spōse. Magister. Illa nūmūrū sunt due vires precipue mētis. Uis intellectua. et vis ei corruens affectua. seu volitua vel appetitua. qz dū spūssancus osculū p̄is r̄ filiū. inspirādo co/nectit. r̄ oscula ē illabēdo. fit mēs tota de for/mis r̄ cōformis beatissime trinitati. fit trini/tatis nobile triclinū. Itaq̄ fit ei memoria fecīda parēs verbi cū acies intelligētē con/vertit sup ipsam. et qua simul questione spi/ra ē amor cōis vnius r̄ eiusdē voluntat. Hec ē spēs r̄ imago pulcerrima. r̄ formata et al/similata diuine trinitati q̄ p grātia ē idipuz quod deus p naturā. Ecclatbat ad hanc al/simulationē pringere spūs marie. suspirans r̄ estuans assidue desiderio spōsi sui. Oscu/lef me osculo oris sui. Quid queris obearat. quid osculū sponsi petis o bñdictaz. quid ē illud osculū nisi spūssancus. qui vtriḡ sup/uenit r̄ i te. qñ virtus altissimi obumbravit tibi. immo iā p̄ierat. nec postmodū recessit a te. q̄ dñs semp tecū. Sed quid affectas o/pulcerrima mulierū. Sentio qd requiris.

Super Magnificat

LXXXII

et si dissimulare videaris verecundia virginali thalamo spōsi prima es. gaudēs osclooris. Sed et leua ei sepe sub capite tuo. Et in tib⁹ tua omor⁹. te amplectas. te osculans. quid tibi vis amplius? Lerte nonduz subintroisti secreta cubiculi silentia. ubi fede re ppetuo m̄imoniu⁹ assumet. Inquieta es donec introducat te / tu illū. in domum matris tue. et in cubiculū genitricis tue. Et q̄ ista mater tua: nisi diuinitas sua. utiq⁹ om̄ni⁹ creatrix et gubernatrix. Et q̄ dom⁹ eius. q̄ altera si n̄ eternitas amplissima: Qd̄ deniq⁹ cubiculū n̄ s̄in⁹ altissim⁹. occultissim⁹ dei p̄tis. in q̄ sponsus tuus d̄scit pheni felicitate. Hoc cubiculū intrare. i hoc quiescere. delectari. secundariq⁹ desiderabunda suspirans. p̄ abas quale sit istud. Exultabūt s̄ eti in gl̄ia. letabun̄ i cubiculo suis. Fallor. si n̄ hec ipsa q̄ diximus ex p̄fisti. spōsum inuenies et dicens. Tenui eum nec dimittā. do nec introducā illū in domū matris mee et in cubiculū genitricis mee. Et ecce nū o brā qd̄ sperasti tenes. quē desiderasti possides. quē credidisti vides. quē dilexisti. tota p̄plectes. ipsoq⁹ secura frueris i eternum. ¶ Discipulus
 Quid sibi vult spōsus iste su⁹? q̄ vnā suam vñice dilectā matrē distulit introducere secū in cubiculū felicitatis erēne. qm̄ latronē de cruce. p̄tī i hōc cubiculo collocauit. Audi ente matre et incōsolabiliter antīate. p̄trāsierat em̄ gladi⁹ aīam eius. Am̄ dico tibi. hō die meū eris in padiso. O mitissime iesu. et vberat m̄ tua nisi in dolore p̄tinuo remanēs in hoc nequā seculo. separa etiā a corpe tuo qd̄ inclusuz iacebat in sepulcro. O vere terribil⁹ i silījs de⁹ sup filios hom̄. O certe verissimus q̄ erūt nouissimi p̄mi. Quis hoc estimasset. q̄s credidisset. q̄s sperasset. assūmit ad gl̄ic cubiculū latronis aīa. et aīa matris relinquit ad lamētū. Lui et lōgo tpe p̄. pater ingressus ad idē spōsi cubiculū. Potuit inuidia sibi sacere gl̄ificat⁹ ipse latro. si nō fecisset ea charitas vñi cor et vñā aīam cū eo. Suasit eadē charitas q̄res q̄ dei sunt h̄e vītā i patientia. ppter electos dei. p̄ser et se do cēdos de mysteriis vere fidei. Et q̄ desiderium quāto p̄ incolat⁹ hui⁹ plōgarōz. pl⁹ et pl⁹ adiunctū ē. tanto h̄i adeptū sup om̄is plus gaudiū. ¶ Magister. Concernit hec r̄nsio tua plōgarōz hui⁹ miseric̄. in ista amorosissima p̄ annos multos. q̄ p̄ osculū pedū primū mundata. post heremicala diu fuit. Sic discipul⁹ ille quē diligebat ih̄s vlc⁹ ad senectā

vicit et seniū. T̄ agit ignis⁹ martyr Ignaci⁹ scribēs br̄e vñgi⁹ cāz sup̄stis vīte sue. vt certos ex se et ppter se et se fortaret. Lui etiā br̄a vñgo rescp̄sit. vt exultaret in deo salutari. Porro quis te docuit o Luca medice charis simē p̄mas euāgelij tui p̄tis. nisi solū taliūz conscientia virgo prudētissima. cui te familiarē conciliarat castitas. q̄ nec vnoz̄ nec prolez̄ habuissenarraris. Per te p̄cursoris annūciatio. coceptio. exultatio. natūritas. circūcisio cū nomis impositōe nobis patet. Per te cantū Zacharie. Per tertius incarnatio nis p̄pi mysteria nobis tradita sunt. Per te cantica canticoz̄ Marie. et illud Simeonis pueri Jesu felix int̄tio describunt. et q̄ alio n̄ s̄i Maria revelat̄ Discipulus. Et L̄ det animus multa querere sup̄ enumeratis euāgelij materijs. quos oēs cōseruabat maria. conferens in corde suo. ac p̄inde magnificans dñm. et exultas i deo salutari suo. Szcepto curramus iurare post odore vngento rum tuorū. quē spirant amoris cātica. de q̄bus post osculuz subdit. Quia meliora sunt vbera tua vino. fragrātia vnguēs optimis. Dic quid spōsa singularis sibi volebat. tanq̄ osculū causam subdēs. q̄ meliora sunt vbera sponsi super vnu⁹. Quis sunt hec vbera? ¶ Magister. Si dicero q̄ vbera sunt amor vel amores nihil errauerō. qm̄ om̄ia sortit amor vocabula instar dei. q̄ deus charitas. Amor est. os. osculū. ipse vbera. ipse vnguē tum fragrans. ipse oleū effusum. ipse nard⁹. ipse fasciculus mirhe. ipse equitatus dei. ipse bottis cypri. ipse lectulus. ipse flos campi et liliū conallīū. Quid moroz p̄ singula. Ipse p̄denominationē participatā. vñus om̄ia i omnibus. cuius natura si p̄fecte cognoscere. cessaret linguarū necessitas. Ipse sibi rotus et vñus sufficiens lingua eēt. sufficiens oculus. sufficiens auris et naris. et gustus et tactus. immo h̄o nullū eēt p̄eentiale p̄prietatem. sed p̄ eminentiā singularē. ¶ Discipulus. Cur ista p̄mittis? Magister. Pla ne ne p̄stoleris amoris cātica exponēdo posse finiri. qui certe infinitus est. cuius quantitatē (nō molis. sed p̄fectionis) accipiētibus. semper aliquid ultra recipere. Non expectaneis ergo. totā Salomonis cāticoy et Marie serē posse nos decurrere. qui nec duos vñculos v̄triusq̄ cantici. immo nec p̄mū verum satis attingere penetrareq̄ valamus. ¶ Discipulus. Et si deo n̄l p̄fectū possumus eloqui. conemur tamē more p̄neroꝝ

Dh 2

Tractatus secundus

nos balbutiēdo' solari. Hic aliquid idcirco de vberibz sponsi z sponse. qd quibz addit ter ciū osculuz. qd meliora sunt vbera tua vino/ fragrantia vnguentis optimis. Et quia vi- uis est sermo dei fin aplm. pōt cū cū quoli bet et ad quēlibet loqui. Propterea si reliqz canticoz pticulas qnqz cōmisceris nō erit īgratum prolixioris tractatus tollens fa- stidū. ¶ Magister. Dicit hoc loco magi- ster Nicolaus de lyra postillator ad līram. qd fundamēntū est allegorie. tropologienecno z anagogie. Dicit inquā p nomine isto vbe- ra. indeos habere amores ob equocationes nominis hebrei ad amores z vbera. Hiero- nymus vbera securus est. hebreus amores. ¶ Discipulus. Transi. Inueniens tale posi- tum mille locis in biblia. Pro quo sedando scripsit olim volumē egregiū p̄ceptor noster P. cardinalis Lameracē. cui? sententiam alio loco dū inquirā/pādes spero. ¶ Magi- ster. Pandā. tu nihil hic calumniabile vel aduersus regies. si modos loquēdi typicos seu figuratiuos attenderis. quibz res cōten- ta significat p̄stinentē et ecōtra. Continet autē vbera cuz pectore cor ipm/quod. sedes amoris ē radicalis. Laudās igit vbera lau- dat amores/qd meliores sint vino/fragrātes vnguentis optimis. Uideo illico qd non sur- rexit incōgruitas si sponso denē vbera/que cor habet p̄pletū et estuans amoriibz. Sine dicat g. meliora sūt vbera tua. sūt meliores sūt amores. Anagogia pbat vtrūqz ver. sci- ens qd amor diuin' nescit setū/apud quē nō est masculus neqz femina. qd quis dicat spon- sus z spōsa. ¶ Discipulus. Hoc obserian- dū arbitror p̄ deuotis/nese carnalibz inuol- uāt simulacris. Uideo pindē qd nec lac vbe- rum/nec vinū/nec vnguentū sit aliqud corpo- le. Nihilomin' cām trāsumptiōis z p̄patio- nis licet inqrere. cur vbera vino sint meliora. cū sponsus duterit sponsam in cella; vinari- am. ¶ Cur rursus invitās clamauerit post qd dixisset Bibi vinū meū cū lacte meo. Lo- medite amici z inebriami charissimi. ¶ Ma- gister. Bibit ita qd vinū sponsi/sponsa via- triz. sed p̄ vbera sponsi transfusuz z lac factū. Alioquin debile nunc cerebrum sponse/ vi- ni puri virtute turbaref. Exemplū dant no- bis nutrices/ que parvulis infantibz siaga- ces sunt vini puritatē nō ministrat. sed qd i suū lac cōversum ē. Sunt em̄ hac ratōne nu- tricis vbera meliora vino. non secus i vberi- bus sponsi/qd ppter spōsam i incarnatiōe la-

cteus facit est. Conati sunt ph̄i sugere vinū sapie de vberibz p̄me canse/dum innisibilia dci p ea qd facta sunt cognoverunt. sempiter- nā qd fructū ei? z diūratem. Lōcaluerunt z estuauerūt z inflati sunt vino. mulro. de cali- ce aureo babylonis. z inebriati. dati sunt in reprobū sensum. z obscuratuz est insipiens cor eorum. Rationē dicit apls. qd cū cogno- uissent deum. nō sicut deum glorificauerūt. neqz gratias egerunt. Habes vinū sine la- cte quo plane lac melius est. p̄sertim condū- tum et vino vel factū cuius potus inebriat. sed sobrie sine luxuria. Accipe signū ebriera- tis norie simul z cām in ph̄is. qui veritatis studio tā vehemēter intenti/ nihil de amādo dēi toto corde. tota aīa z tota mēte. fortu- dine scrutati sunt. Quid mirandū si defece- runt scrutates scrutinia. si p̄ erroris p̄cipia cespitātes īmpegerūt/potati vino mēto ve- neno oīm vicioz. nec qualiūcunqz h̄i nephā- dorz/qualia notauit apls. qd quis nō oīa que in occulto fiunt ab eis inquit turpe ē dicere. Et cū qua fiunt nisi cū illa meretrice qd apud Salomonē allicit dices. Ueni inebriemur vberibz. ¶ Discipulus. Fugiamus oīus hos verboz fetores qui de vberibz z amori- bus loqmur/fragrātibus optimis odoribz. ¶ Magister. Audiamus portus aurel pie- tatis z fidei/matrē virginēz filiā magnifica- tem dñm. z exultante ī deo salutari suo. Lu- ius nomen ē oleū effusum qd sanat incipiē- tes. pascit proficientes. delectat primantes. ¶ Discipulus. Ulez z si ppterat intērio que E- rere de tertio versiculo. cur maria oleam sue magnificatōis z exultatōis p̄tin' intulerit. Quia respexit inq̄ humilitatem ancile sue. Nihilominus exponi pri' opro doctrinalis qd pprie sit magnificare dēi. qd modis fie- ri repit. ¶ Magister. Pertinēs est inq̄sicio- talis. Iḡ accipe qd magnificare dñm nihil aliud est qd magnū significare. Non em̄ faci- mus dēi aliter magnū. Sunt autē modi si- gnificādī magnitudinē dei. sine numero. in genere duo. Unus interior i aīa cognoscen- te z diligente dēi. Et em̄ fide. spe z charitate magnifica ī aīa deus. qm̄ magn' ab ea erit ea significat. Mod' alter ē exterior tā multi- plex qd varia sūt signa qd rep̄ntare possūt ab extra magnitudinē dei. Quid est em̄ signifi- care nisi aliqd intellectu rep̄ntare. Sit hoc p̄ voces. sit p̄ colores vel sp̄es colorz. sit per obiecta qdūlibet sensuū. sit p̄ enigmata figu- raz i sc̄pturis sanctis. sit p̄ r̄euelatiōes myste-

rior. Cōclusit idcirco canticū suū virgo be
ata sub arrestariō diuinā locutionū q̄s fe
cī dñs ad p̄ies nr̄os Abraā & semī eius ī se
cula. Cōseruabat oīa verba hec conferens ī
corde suo nūc Esiae p̄phetiam de vgine pa
ritura. Hunc Hieremie vaticinū q̄ mulier
circūdabit virū. Hunc hebdomadas Dani
elis. Huc portā clausam Ezechielis cū tem
plo toto. ¶ Discipulus. Descripsisti quid
ē magnificare dñm. qm̄ est significare dñm
esse magnū vniuersaliter pfectū. Scio / qm̄
significare fm̄ grāmaticos / est aliquid intel
lectui r̄ep̄sentare. qui tractant de modis s̄u
gnificandi. sup̄ quibns Lentilogū compo
sūsti. Sūt i sup̄ varijs modi (sicut notas) ma
gnificandi dñm. s. bñdicere. sanctificare. glo
rificare. pdicere. exultare. confiteri dño. lau
dere. & ira de similibus. quoꝝ cātica memo
rant. Inquiramus igit̄ de singulis. Dic qd̄
Fest dñm benedicere. ¶ Magister. Hoc ē si
gnificare dñm ēē bonor̄ datore. factorē vel
donatorē. quia suum dicere facere ē. dixit et
facta sunt. Ita suū bñdicere est suū bñ agere
Dño autē bñdicere significat verbūz bñdi
ctionis illi fieri vel dirigi. vt ibi. Sācti tui
bñdicant te. ¶ Discipulus. Dic quid sit sā
cificare nomen dñi. ¶ Magister. Hoc ē
significare dñm ī sanctitate & mūndicia perfe
ctū. Quid autē sāctitas dñi & noticia et
mundicia habes alibi. ¶ Discipulus. Dic
qd̄ ē exultare ī deo salutari nr̄o. ¶ Magister.
Hoc ē significare dñi ēē saluatorē nr̄m / et
salutare vel saluationē. nō qualicunq̄ signo
sed modo lericie / exterius se pdentis. & quasi
senō caper vterius salientis. ¶ Discipulus.
Dic qd̄ ē confiteri dño. ¶ Magister. Hoc
ē significare certo signo / ipm esse dñm. Et s̄
multipli. vel qm̄ bonus. vel qm̄ ī eternū
misericordia eius. vel qm̄ laudabil' nimis. & ma
gnitudinis eius nō est finis. vel qm̄ peccata
dimittit. & p̄stabilis est sup̄ malicia. aut et re
liquis p̄fectionibz suis. ¶ Discipulus. Dic
quid ē sacrificare dño. ¶ Magister. Hoc est si
gnificare certis signis adhibitis q̄ ille cui sa
crificat / vel i cui⁹ honorē p̄ncipalit offert sa
crificū sup̄m? ē dñs / plenariā habēs ptāez
vite & mortis sup̄ nos sicut i aīali sacrificato
v̄l occiso. ¶ Discipul⁹. Dic qd̄ ē gr̄as agere
deo. ¶ Magister. Hoc est significare bona rece
pta ab eo pure gratis / nō meritis nr̄is. Do
dia autē significādi sunt varij. p̄ varietate eoz
q̄ recipiunt. ad significandū corde. voce. cor
porē & opere. ¶ Discipul⁹. Dic qd̄ ē adorare

dñm vel colere cultu latrīe. ¶ Magister. Hoc
ē significare sup̄mā in omibz suā dñnationem
atq̄ maiestatē. & hoc modis varijs interius
in aīa. vel exterius in corpe aut alijs rebus ex
hibitū. ¶ Discipul⁹. Quid ē inbilare deo?
¶ Magister. Hoc ē significare magnitudi
nem eius in bonitate & bñdictionibz. modo
gaudū cuīsdaz ineffabilis. vt aliquā plausu
manū. aliquā vultus alacritate. Aliq̄ vultus
dilatatiōe / q̄ dicit̄ leticia q̄si latititia. Ali
q̄ voluptate / q̄ dicit̄ a volubilitate circa rez
dilecta. Honnunq̄ a delectatiōe / q̄ dicit̄ q̄si
laetatio. Quādoq̄ a locūditate / q̄ dicit̄ a io
co. Sepiū ab alacritate. que dicit̄ dñi habz
liberum & expeditū r̄sum corporis vel mēbro
rum vel sensuū. & maxime cordis / ad signifi
candū leticiā. ¶ Discipulus. Quid est deus
laudare in sanctis suis? Magister. Hoc ē
significare ipsum esse causam sue sanctitatē.
Sicut deū laudare ī creaturis suis ē signi
ficare q̄ ipse eas gubernat. fecit et regit eas
pure gratis / & magnificis modis. ¶ Discipu
lus. Quid ē alloqui creaturas q̄benedicat
deū. q̄ collaudet. q̄ adorent. q̄ pdicent. q̄ le
tent in eo cū similibus acclamatōibz. ¶ Ma
gister. Totum ē hoc significare complacē
tiā quā habem⁹ in bñficiis omnibz / q̄ crea
turis collata sunt. & hoc varijs modis signi
ficandi. p̄ varietate alloquendi. sicut solem⁹
exhortari p̄ psalmos dicentes. Laudate do
minū ī tympano & choro. laudate eū in cor
dis & organo. cum alijs talibus instrumen
tis omnibus. hoc autē est significare compla
centiā & exultationē atq̄ leticiā quam habe
mus ī recognitione bñficior̄ dei / talibz mo
dis r̄p̄sentandi. Quemadmodū dare glori
am deo. honorē & virtutē & silia oīa pfectio
nē importatia. nō ē aliud q̄ significare talia
sup̄eminēter esse in deo vel a deo procedere.
Et hoc tot modis significādi q̄t modi sunt
r̄p̄sentandi corde. voce. corpe & opere. ¶ Di
scipulus. Dic differentiā inter magnifica
tionē dei / quā faciūt irrationales creature. &
magnificationē r̄onalis aīe de q̄ dicit̄ ī h̄ cā
tico. Magnificat anima mea dñm. ¶ Mag
nificatio creaturaz / mēsurat & accipi
tur a participatione divine magnitudis. cu
iūs oēs sunt p̄ticipes suo modo. Sed irra
tionalis natura tantūmodo r̄p̄sentat artēz
creatoris. Et ideo dicit̄ trāssumptiū sapiē
tia vel ars eius. Rationalis v̄o creatura nō
solū obiectiū vel vt vestigium. sed etiā sub
iectiū et formaliter p̄ceptiū / significat d̄o
mīus. ¶ Magister. Hoc est significare ipsum
esse causam sue sanctitatē. Sicut deū laudare
creaturas suis ī bñficiis omnibz / q̄ crea
turis collata sunt. & hoc varijs modis signi
ficandi. p̄ varietate alloquendi. sicut solem⁹
exhortari p̄ psalmos dicentes. Laudate do
minū ī tympano & choro. laudate eū in cor
dis & organo. cum alijs talibus instrumen
tis omnibus. hoc autē est significare compla
centiā & exultationē atq̄ leticiā quam habe
mus ī recognitione bñficior̄ dei / talibz mo
dis r̄p̄sentandi. Quemadmodū dare glori
am deo. honorē & virtutē & silia oīa pfectio
nē importatia. nō ē aliud q̄ significare talia
sup̄eminēter esse in deo vel a deo procedere.
Et hoc tot modis significādi q̄t modi sunt
r̄p̄sentandi corde. voce. corpe & opere. ¶ Di
scipulus. Dic differentiā inter magnifica
tionē dei / quā faciūt irrationales creature. &
magnificationē r̄onalis aīe de q̄ dicit̄ ī h̄ cā
tico. Magnificat anima mea dñm. ¶ Mag
nificatio creaturaz / mēsurat & accipi
tur a participatione divine magnitudis. cu
iūs oēs sunt p̄ticipes suo modo. Sed irra
tionalis natura tantūmodo r̄p̄sentat artēz
creatoris. Et ideo dicit̄ trāssumptiū sapiē
tia vel ars eius. Rationalis v̄o creatura nō
solū obiectiū vel vt vestigium. sed etiā sub
iectiū et formaliter p̄ceptiū / significat d̄o
mīus.

Tractatus tertius

mini magnitudine intelligit et predicit. Assumit insuper creaturas alias, immo et seipsum quasi materiam significatiis diuine maiestatis. denique in omnibus sicut in fistulis organorum certificationis spūsancto flante decantat. **Discipulus.** Bonus est nos hic esse. Sed vocat sequens versiculus de humilitate Marie. Jam vero tardior hora differre suaderet ad maturum diei sequentis. Hoc interim propriis intendamus officiis.

Finis secundus tractatus.

Sequitur tractatus
tertius pragmaticus in cantico Marie. de
respectione humilitatis sue per notulas. cxx.

Notula prima

Via respectus humilitatis ancille sue. **Discipulus.** Hic sumus / hic protinus absoluenda est questio altera die proposita / sed dilata. Cur beata mater causam magnificationis domini cum exultatione spiritus in deo salutari suo / cecinisse esse respectum humilitatis sue a domino. Exultauit inquit spūs meus in deo salutari meo. Et tā qz ratio quereret ab ea / mori subiungit Quia respectus humilitatis ancille sue. **Dagister.**

Doctaz formas questionē / cui neqz pfecte dari rō siue r̄nsio / nisi respectus domini cā p̄scrutet. q̄ nō nisi amor inueni. **Discipulus.** Consentio. Fiat hoc prius notū. sūl et quod ē obiectū suū. **Dagister.** Ocul⁹ vulnerans spōsam oculus ē amoris / q̄ nullus acutior. null⁹ penetrabilior. null⁹ ad intimi cordis vulnerationē efficacior dicit p̄t. vulnerasti cor meū ait spōsa / i vno oculorū tuoz. Hō alit ē de oculo spōsi respectu spōse. Quia respectus amorosus spōsi sauciat sponsā / vt exclamat vulnerata charitate ego sum. vel amore lāgueo. Hoc ē p̄cipuum in spōsa vel in sposo membra. Unū sponsus cū laudaret spōse pulcritudinem dicit. Quā pulchra es amica mea / q̄ pulchra. **Vox subiungit.** Oculi tui columbarz. Et qd p̄ columbā intelligis. si nō amore simplicē. In columba em spūsanctus cui appropiat amor / sepi⁹ apparuit. **Sic postmodū sponsa insinuans filiabz hierlm pulcritudinem dilecti sui.** spatiōne posuit eandē dicens. Oculi ei⁹ sic colubē desuper riuiulos aquarū que lacte sunt lota. et resident super fluenta plenissima. **Hinc est illa** duorum mutua postulatio. videri. s. et vide-

re. Audiamus modū. Sane dilecta nupcō sōpita inter brachia sponsi / qui adiurauerat filias hierlm p̄ capreas ceruosq̄ cāporū. eo q̄ sunt aīalia satis alacria mūdaqz. et solitudinis amica / p̄spicacūqz oculorū. Adiurauerat inquā / ne suscitaret neqz euigilarēt dilecta / donec ipsa vellat. Tunc velut clapsus ad horā dilectus regredit ardens videre spōsam et alloqui / qd latere nō portat sponsam. cuius p̄ amorē cor euigilat. Exsilit igitur et dicit. Vox dilecti mei tē. Hec est vox amici mei. Conuersis confessim oculis exclamat. Ecce ipse venit saliens in montibz et trāsilieb colles. Et cur obsecro salit et trāsilit / nisi zelo sponse vidēde tot⁹ rapit atqz tripndiat ad silitudinem capree. hīnuliqz ceruorū. Lascivensis. alacris et iocund⁹. Nihilomin⁹ tanqz et lotipus explorator et verecūdus amator. nō irrumpit cubiculū sponse. sed stat post pariter respiciens p̄ fenestrā. p̄spiciēs p̄ cācellos. Denique blanditur dices. Surge p̄p̄era amica mea. columba mea. formosa mea et veni. Sequit⁹ post verni epis gratā descrip̄tōem. q̄ nouā signat gratiaz infusionē. aduersitate depulsa. Ostēde mihi faciē tuam. Sonet vox tua in auribz meis. Vox em̄ tua dulc̄. et facies tua decora. **Discipulus.** Per sp̄cuū fecisti desideriū qd habet in cāticis sponsus et sponsa se vidēdi. qm̄ visio nūcius est p̄cipiūs amoris cordialis. Ubi ē amor / ibi ē oculus. Nihil amore amabilius. Dabo tibi (dicit Seneca) poculum amatorū sine herbis absqz veneficijs. Si vis amari ama. Hoc in amatoribz eriā seidissimis locū hz. quāto efficaci⁹ in pulcerrimis. **Dagister.** J Hic respect⁹ dei Mariam būlē iure traxit ad amo: ē suuz. vt tota nedū gauderet. sed p̄ amoris magnitudine spūaliter exultaret. id ē extra se saltaret in dilectū. Hic etiā respect⁹ corporalis in infantulo Iesu solabāt oēs illius peregrinatōis laboriosissime dolores et angustias. Sic in puericia. sic in adolescētia donec in cruce vidi extēsum. q̄ visa est semel ab eodē. vñ p̄trāsit gladi⁹ acerbissime passionis amorosissimū cor vtriusqz. Pensent amicū corda / quāto intolerabiliter anxi⁹ fuit h̄ respect⁹ q̄ dici neqz verbis. neqz sc̄ptis inseri. **Discipulus.** Superst̄o declarādū qd vel quale sit amoris subiectū. **Dagister.** Videor mihi phas dicere q̄ pulcritudo vel pulcrū. Nihil em̄ amat sub ratione turpitudinis. sed tñmodo sub ratōe pulcritudinis et pulcri vel speciosi vel formosi. **Hinc dicū**